



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 12. Paleottus ad Gallorum oppositionem respondere jussus, sed id muneris recusans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI. retur, si occasio magis propitia sese of-
 A. C. 1563. ferret.

§. XI.

*Nec pax data, nec incensum adhibitum ex
 Comitis & Gallorum assensu.*

*Pallav. c. 8.
 num. 9.*

Cum ergo pariter Galli utrumque hunc ritum omitti consentirent, insuper petebant, ut non modo Oratorum nulli, sed neque Legatis, Cardinalibus, aliisque Prælati pax & incensum præberetur: id etiam eorum precibus datum: itaque hac concordia inita Legati ad Ecclesiam rediere, ubi Sacrificium Missæ continuabatur, eo autem absolute Lunensis Comes, qui pro more suo omnibus posterior e conventibus excesserat, ipsam Crucem præibat.

§. XII.

*Paleottus ad Gallorum oppositionem
 respondere iussus, sed id mun-
 ris recusans.*

*Pallav. n. I.
 cap. 9.*

Eadem die omnes Principum Oratores adiere Legatos, alii jus suum defensuri, alii litem componere parati. Præsides vero singulis respondebant, sibi non licere obedientiæ, quam Papæ iussis deberent, deesse: cum autem prævideretur, quod Galli suas oppositiones interponere haud cunctaturi essent,

Sæcul. XVI.
A.C 1563.

sent, hinc Simonetta Cardinalis Ga-
brielem Paleottum accersens, eidem
Pontificis iussa communicabat, signifi-
cans, ut responsi exemplum digereret.
Ast Paleottus respondit: mihi videtur,
divino obsequio, ac bono Ponti-
ficis adversari, quod absque necessi-
tate ignis immensus, & forsitan inex-
tinguibilis accendatur: cum aliunde
cuncti Synodi Patres obortis lacry-
mis Gallix schisma contra Ecclesiam
Romanam prævideant, & Orator Polo-
nix prænuntiaffet, una cum Gallix jactu-
ra Poloniam perditum iri: ad hæc Simo-
nettareposuit, mandato Pontificis tam di-
ferto legatos urgeri, ut eorum munus
esset, non prudentiam in expendenda
re, sed obsequium in ea perficienda exer-
cere, adeoque auxilium ab eo, non
consilium peti: verum rursus Paleot-
tus in responsis dabat, quod suam ope-
ram conferre nollet ad id, ex quo Ec-
clesiæ ruinam imminere prævideret,
atque in tali eventu potius Dei, qui
Pontifice & quocunque alio Principe
superior est, quam Papæ voluntati ob-
temperare vellet: cum schismati in Ec-
clesia ansam præbere, ab ipso Deo pro-
hibitum esset, aliunde vero omnes Ju-
rium Interpretes unanimi suffragio de-
clararent, quod hominis præceptum
nullam vim obtineat, si in ejus exe-
cutio-

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

Z cutio-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563. cutione tam gravis conditionum mutatio emergit, ut Superior, qui eam non prævidit, si tamen eam prævidisset, sua jussa revocaturus, merito præsumi possit.

§. XIII.

Papa de sinistro rei successu per Legatorum literas edocuit.

Pallav. c. 9.
num. 1.

Ejusdem quoque opinionis erat Boncompagnus æque, ac Navagerus Cardinales, quos Simonetta ad idem negotium accerferat: quapropter ceteri Legati ad Papam hæc perscribere decreverunt: „Hoc facinus displicuit non modo illis, quibus potissimum intererat, sed etiam Lusitanis, ac Hispanicis nonnullis, qui censebant, haud æquum esse, quod Rex pupillus nequidem auditus ab avita possessione detrudatur: præcipue cum nec Ferdinandus Philippus in sua Aula, imo nec Pontifex in sua Curia, ubi tamen majori libertate quam in Synodo uti potuisset, Hispaniæ Oratori primum locum attribuere voluerit, insuper nuntiatum est nobis, Gallis Oratoribus esse in animo nos adire, ac declarare, quod libertas, ac securitas toties a Pontifice promissa non inveniretur, eoquod Patribus non auctoris pro summo imperio atque auctoritate